

Venerabili Fratri Petro Mohillae Metropolitae nunciato

Urbanus Papsa VIII.

Metropolita Ruthenorum ad unitatem catholice fidei revertatur.

Venerabilis frater salutem, et lumen Divinae Gra-
tiae. Licet non minus Religionis Diversitate,
quam locorum intervallo a nobis divisam esse
sciamus Fraternitatem tuam, oculos tamen
ad te convertit apostolica sollicitudo, cupiens
te deducere ad sanctuarium catholicae fidei,
ubi elegit Dominus habitationem sibi, at-
que ad tutissimum illud iter advocare, in quo
Pontificiae claves patefaciunt fores aeterni
Regni populis credentibus. Audi, Venerabilis
Frater, salutaria consilia, quae non tantum
ab Urbe Nationum Patria, et veritatis magistra,

quam a Coelo ipso tibi suggeruntur. Consule
tue, et aliorum saluti, qui tuis vestigiis in-
sistunt, et quam viam exemplo commonstra-
bis, facile subsequantur. Gravissima hac de
re fusius ad te literas dabit sacra Cardi-
nalem Congregationem, qui catholice fidei
propagandae praesent; si autem aliquid
distinctius explicandum supererit, sive
uberiorem animadversionem prostulare
visum fuerit, duos ex peritioribus tuis Mo-
nachis ad nos mittere poteris, qui comi-
ter ac benevole excipientur, ac procul
dubio dignoscent quam sincera, quam si-
bi constans, quam cum omni virtutum ge-
nere coniuncta sit illa doctrina, quam ve-
neranda Beati Petri Cathedra profitetur.

Tam, ut speramus, scientiam salutis edocti ad vos revertentur, loquentes testimonia Domini, quibus tuorum populorum animae ab infidelium luporum faucibus ad verum ovile Christi perducantur. Confidimus fore, ut pontificiis votis optatam largiatur exitum omnipotens, cui accuratissimis orationibus universam Ruthenorum Nationem assidue commendamus. Ille enim dispersiones Israelis ubique congregare potens est, et in tuo corde possunt, spiritus sancti aura afflante, germinare fructus aeternae salutis irrigati imbri pretiosi sanguinis e vulneribus Crucifixi Domini profluente. Hanc animo nostro consolationem, et Fraternitati tuae felicitatem cupimus, cui a Patre tu,

minum caelestes suae gratiae radios inde
sinentur precabimur. Datum Romae
apud sanctum Petrum sub annulo Di-
scatoris. die III. Novembris MDCXXXIII.,
Pontificatus nostri anno vigesimo primo.

Descriptum et recognitum ex autographo Regesto epis-
tolarum f. r. Urbani PP. VIII. ad Principes, an. XXI. pag.
344, quod adservatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis.
In quorum fidem &c.

Datum &c. V. Kalendas Junii MDCCCXXXVII.



A. Merini

Tabular. S. R. E. Praefectus